orationis. nã ſine ſenſu vt lapis inutilis frigidus remãſi. ⁊ ideo flere meipm nõ poſſuz qm grã lacrimaꝝ receſſit a me. vñ vt lignuz vile ⁊ putridũ remãſi. hec ille. Vñ ad fugiendũ ipſius peccati feditatẽ hortaꝛ nos dñs yſaie. lij. Recedite recedite exite inde. pollutũ id eſt peccatũ nolite tãgere. qui eñ pollutũ tetigerit. i. peccatũ fecerit. inquinabiꝛ ab eo. Vñ Hugo hanc peccati feditatẽ ſtatũ hoĩs vilificantẽ cognoſcens ⁊ ipm fugere cupiẽs dixit li. de arra ſponſe. c. xxxij. O vtinã ad modicũ ab oculis dilecti mei poſſem abſcondi. donec maculas iſtas oĩes detergerẽ. ⁊ ſic demũ ante cõſpectuz eiꝰ ſine macula apparerẽ. nã quõ in hac diffor mitate illi placere potero q̃ ⁊ mihi quoqȝ in illa vehemẽter diſpliceo. O macule veteres. o macule fede ⁊ turpes. q̇d tãdiu heretis. Abite ⁊ diſcedite. ⁊ ne plumatis ampliꝰ oculuz mei dilecti offendere. nã ipo iuuãte nõ ſemꝑ mecũ manebitis. ego iuraui ſuꝑ vobis. qꝛ nˢ tenecã nec diligã vos ampliꝰ: ſꝫ abominoꝛ ꝓfſus turpitudinẽ veſtrã. Jãqȝ deinceps ⁊ ſi poſſem nõ videri nollẽ tñ a vobis infici. q̃to magꝭ nũc. qꝛ palã ipi ſum. Et qꝛ plꝰ me cõtriſtat eiꝰ offenſio q̃ȝ mea turpitudo. recedite ergo: in vanum mihi adheretis ampliꝰ. qꝛ ⁊ mecũ manentes mee nõ eſtis. alienas a ſorte mea vos iudico. habeo eñ aliud exẽplar ⁊ cui cõformari cupio ⁊ ad illud iugiter reſpicio. ex q̇ eñ h̄ didici ꝙ vos exterminare debeo. ⁊ qualiter h̄ faciã iam agnoſco. hec ille. S Secũdo dixi ꝙ debemꝰ ſurgere a peccato. qꝛ ſubiectũ mortificat. patet h̄: qꝛ dicit Ariſto. ꝙ corpꝰ humanũ cõponiꝛ ex q̃tuoꝛ. ⁊ antequȝ peccata eſſent. ipa elementa in tanto amore ⁊ ꝓportione iungebanꝛ ꝙ nulla fieri poterat diſſolutio. vnde ſi pctm̃ nõ fuiſſet adã nõ fuiſſet mortuꝰ nec infirmatꝰ nec ſui ſequaces. Sꝫ cũ interuenit peccatũ ſolutũ eſt amoris vinculũ. ⁊ ideo elementa ceperunt intra ſe pugnare. ſ. calidũ cõtra frigiduz: ſiccũ cõtra humidũ. ⁊ ex hac pugna ſequiꝛ reſolutio corporis: languoꝛ: debilitatio: ⁊ moꝛſ. Vñ ad Ro. viij. Corpꝰ mortuũ eſt ꝓpter peccatũ imo ⁊ aĩa ꝓpter peccatuz moriꝛ. Ezech. xviij. Aĩa q̃ peccauerit ipa morieꝛ. patet h̄ exẽplo. dicit eñ Piniꝰ in ſpeculo naturali lib. viij. c. xxiiij. ꝙ natura quorundã ſerpentũ eſt ꝙ vno interfecto incredibilis vltõis alter ꝓſequiꝛ interfectorẽ ſui cõparis. ⁊ illũ ſoluz in magno ꝓpli agmine agnoſcẽs infeſtat. interrumpit oĩes difficultates donec vltio de morte cõparis capiaꝛ. Moraliter. ſerpens deſignat ieſum xp̃m dei filiũ q̃ dicit ꝑ ꝓphetã pſ. xxi. Ego ſum vermis ⁊ nõ hõ. eiꝰ cõpar eſt aĩa. de q̃ Sap. viij. Hãc amaui ⁊ exq̇ſiui a iuuẽtute mea. ⁊ q̇ſiui ſpõſam mihi eã aſſumere. ⁊ amatoꝛ factꝰ ſum forme illiꝰ. Sꝫ interfectoꝛ illiꝰ eſt peccatoꝛ. q̇ dũ cõmittit peccatũ aĩam ſuã ſpũaliter inficit Thob. xij. Qui facit peccatũ ⁊ iniq̇tatẽ hoſtis eſt aĩe ſue. Dolet aũt ſumme dei filiꝰ de morte cõparis ſui. In cuiꝰ figurã diciꝛ Luc. xix. Videns ieſus ciuitatẽ hieruſalẽ. i. aĩaz peccatꝭ infectã fleuit ſuꝑ illã. Eiꝰ igiꝛ interfectorẽ. i. peccatorẽ inſequiꝛ ⁊ infeſtat tribulatõibꝫ: egeſtate: corporis infirmitate: ⁊ tandẽ morte vt vltõez ſui cõparis accipiat. Vñ diciꝛ pſ. xxxv. Ibi ceciderũt q̇ opanꝛ iniquitatẽ. expulſi ſunt nec potuerunt ſtare. Jtẽ. liiij. Viri ſanguinũ ⁊ doloſi nõ dimidiabũt dies ſuos. Vñ dicit aug. Deꝰ fecit hoĩez ita ꝙ q̃diu nõ peccaret imortalitate vigeret. ⁊ poſtq̃ȝ ꝑ inobedientiã peccauit ſbtracta eſt ei grã: ⁊ expulſus de paradiſo vt non poſſit ſumere de ligno vite. ⁊ ſic nature relictꝰ ꝑ peccatũ. reſoluiꝛ naturaliter ꝑ mortez Jſtud ſatis miſerabiliter deplãgit Anſ. i ſuo ꝓſlogion dicẽs. O miſa ſors hoĩm cũ h̄ pdidit ad qd̕ factꝰ eſt. O durꝰ ⁊ dirus caſus ille. heu q̇d perdidit: ⁊ q̇d inuenit: q̇d abſceſſit. et q̇d remãſit. Perdidit beatitudinẽ ad quã factus eſt ⁊ inuenit miſeriã ꝓpter quã factꝰ non eſt. perdidit vitã: inuenit mortẽ. abſceſſit ſine q̃ nihil felix eſt. ⁊ remãſit qd̕ ꝑ ſe nõ niſi miſeꝝ eſt. manducabat tũc hõ panẽ angeloꝝ quem nũc eſurit. mãducat nũc panẽ doloꝝ quẽ tũc neſciuit. heu publicꝰ luctꝰ hoĩm. vniuerſalis planctꝰ filioꝝ ade. Jlle ructuãbat ſaturitate: nos ſuſpiramꝰ eſurie. ille abũdabat: nos mendicamꝰ. ille feliciter tenebat ⁊ miſere deſeruit. nos infeliciter egemꝰ ⁊ miſerabiliter deſideramus. ⁊ heu vacui remanemꝰ. Cur nos nõ cuſtodiuit cũ facile poſſet q̃ taz grauiter caremꝰ: graue damnũ: grauis doloꝛ: graue totũ. quia ſuo caſu miſeriã ⁊ mortem nobis hereditauit hec ille. T Tercio dixi ꝙ debemꝰ ſurgere a peccato: qꝛ cruciatũ ꝑpetuat. patet h̄. di. Alanus in maximis theologijs. Qui male agit i infinitũ magna puniendꝰ eſt pena. ⁊ ꝓbat. qꝛ male agens eſt deo iniurioſus. ⁊ tanto maiore dignꝰ eſt pena q̃to maioꝛ eſt cui inferꝛ iniuria Sꝫ oĩm re in infinitũ maioꝛ eſt deꝰ. ergo faciens iniuriã deo in infinitũ magna dignꝰ eſt pena. ⁊ ſic erit eterna. Vñ dicit Orig. ſuꝑ illud Nu. xiiij. Annꝰ ꝓ die imputabiꝛ. q̇ſi pro die annũ recipiens peccata veſtra per q̇draginta annos. Timeo h̄ miſteriuz diſcutere. Video eñ ꝙ in h̄ cõp̄hendiꝛ ratio pctõꝝ ⁊ penarũ.

Si enĩ cuiꝫ pctõꝛi ann⁹ aſcribit̃ ad penã ꝑ vni⁹ diei pctō ⁊ ſm rõeꝫ dieꝝ quib⁹ peccat̃ totidẽ annoꝝ numer⁹ ĩ ſupplicijs ↄſumit̃. vereoꝛ ne forte nobis q̃ cottidie peccam⁹ nec ipſa ſecula aut etiam ſecula ſeculoꝝ ſufficere poſſent ad penas luendas. Et ſequit̃. Sꝫ h̄ null⁹ ad integꝝ nouit niſi cui pr̃ omne iudiciũ tradidit hec ille. Sꝫ iſtud videt̃ incõueniẽs cũ pena debeat correſpõdere culpe et cũ delectatio q̃ eſt ĩ culpa ſit tꝑalis. efficit̃ q̃ penã tꝑalẽ et ñ eternã. Ad qđ dicendũ q̄ h̄ fit iuſto iudicio dei. qꝛ iuſtũ eſt vt dicit Greg. vt q̃ nunq̃ꝫ voluit carere pctō nunq̃ꝫ carere debet ſupplicio. Sꝫ poſſet aliq̃s dicere. aliq̃s cõmittẽs homicidium non ꝑponit ſemꝑ eſſe in pctō. Ad h̄ dico q̄ hõ cõmittẽs pctm̃ moꝛtale ĩ talẽ ſtatũ ſe ponit a q̃ ſurgere nõ valet a ſe ſine grã. Exemplũ de illo q̃ ꝓijcit lapidẽ in puteũ. q̃ anteq̃ꝫ ꝓijciat habet ptãteꝫ non ꝓijciendi. ſꝫ poſtq̃ꝫ ꝓiecit non pt̃ eũ iã nõ ꝓiecisse. Moꝛalr̃. Sic pctõꝛ anteq̃ꝫ peccatũ cõmittit ex libertate arbitrij habet volũtatẽ ⁊ ptãteꝫ nõ peccãdi. qꝛ null⁹ pt̃ ei facere violẽtiã. ſꝫ poſtq̃ꝫ peccauit iã nõ pt̃ non peccaſſe. qꝛ difficulter pt̃ a pctō reſurgere ⁊ nõ ſine grã dei ſpẽali. Dicit enĩ Iſid. li. ij. de ſum. bo. c. xxij. Iſtis ſomitib⁹. i. quibuſdã gradib⁹ ↄualeſcit omne pctm̃. cogitatio praua delectationẽ facit. delectatio ↄſenſum. ↄſenſus actionẽ actio ↄſuetudinẽ. cõſuetudo neceſſitatẽ. Sic q̃ꝫ dũ his vinculis implicat̃ homo quaſi quadã cathena vicioꝝ tenet̃ aſtrictus. ita vt ab ea auelli nõ poteſt. niſi diuina grã manũ iacẽtis apphendat. hec ille. Ideo Bern̄. ſuꝑpſi⁹ infirmitatẽ ⁊ a pctis reſurgẽdi difficultatẽ cognoſcens diuinã gratiã expoſcẽs dicit. O bone ieſu duo in me cognoſco. ſ. aĩam quã tu feciſti ⁊ peccatũ qđ ego feci ⁊ adieci. fateoꝛ dñe q̄ ꝑ culpam deformaui naturã. ſed memẽto queſo qꝛ ſpũs ſum vadẽs ⁊ ñ rediẽs. ꝑ me iui ĩ peccatũ: ꝑ me redire nõ poſſuꝫ. Eya benigniſſime ieſu rogo te ꝑ piiſſimã clemẽtiã q̃ oẽs homĩes vis ſaluos fieri vt tollas a me qđ feci ⁊ remaneat qđ feciſti. ne pereat qđ tuo ꝓcioſo ſanguine in cruce redemiſti. ſꝫ tibi gratias referã tecũ congratuler. qđ nobis pſtare dignet̃ ⁊c.

Dominica viceſimaquinta.
Sermo CLXXVII.

v Nde ememuſ panes vt manducent hij. Joh. vi. U In ſumma euãgelij duo innuunt̃. Primo chriſti pietas in turbe cõpaſſione. ſecũdo ſubiungit̃ ei⁹ poteſtas ĩ panium multiplicatõe. ibi. accepit ergo ieſus panes. Primo dixi innuit̃ xp̄i pietas ĩ turbe cõpaſſione dicẽs. In illo tp̄e. ſ. ſpacio vni⁹ anni ante xp̄i paſſionẽ qñ herodes decollaſſet Johannẽ baptiſtã ꝓpter herodiadẽ. venientes diſcipuli Johãnis ad xp̄m narrauerunt q̃ fecit herodes iohãni. vt habet̃ Mat. xiiij. Marci vi. Luc. ix. tũc xp̄s abijt a hieruſalẽ in deſertũ locũ ad mare tyberiadis. ⁊ erat ꝓpe paſca iudeoꝛũ. cũ ſubleuaſſet ieſus oculos ⁊ vidiſſet maximã multitudinẽ venientẽ ad ſe. Nota trib⁹ vicib⁹ legit̃ xp̄m leuaſſe oculos. Primo volẽs turbã eſurientẽ paſcere vt hic. ad dandũ nobis exemplũ q̄ oculos dirigere ad pauperes debemus. vt docemur Eccli. iiij. Ab inope ne auertas oculos tuos. vt faciũt diuites. de q̃b⁹ Amb. ſuꝑ illud pſ. cxviij. Increpaſti ſupbos di. Nihil grauius q̃ꝫ vt pauꝑes fratres ſuperbo oculo deſpiciam⁹. tales cognoſcent in iudicio di. illud Sap. v. Hi ſunt quos aliqñ habuimus in deriſũ ⁊c. ecce quomodo cõputati ſũt inter filios dei. qꝛ ſm Grego. Oculos q̃s culpa claudit pena apit. Ideo Thob. iiij. Noli auertere faciẽ tuã ab vllo paupe. ita enĩ fiet vt nec a te auertat̃ facies dñi. Secundo leuauit xp̄s oculos cũ voluit miracula facere. vt lazarũ reſuſcitare. ⁊ ſic nos qñ volum⁹ aliquid boni facere. dicam⁹ cum pſ. cxx. Leuaui oculos meos ĩ mon. ⁊c. nã ꝑ nos nihil boni facere poſſumus. Joh. xv. Sine me nihil poteſtis facere ⁊ ij. Choꝛ. iij. Nõ ſum⁹ ſufficiẽtes aliq̃d cogitare a nobis. Dicit nanq̃ꝫ Dyoniſi⁹. Omne qđ bonũ eſt: eſt ab illo q̃ ſol⁹ bon⁹ eſt. ideo oculos nr̃os debem⁹ ad eũ leuare. nã ipe eſt de q̃ dr̃ ad Phil. ij. De⁹ opat̃ in nobis velle ⁊ pficere. Jo ij. Paral. xx. Cũ ignoꝛam⁹ q̃d agere debeam⁹ h̄ ſolũ habem⁹ reſidui vt oculos noſtros dirigam⁹ ad te. Tercio xp̄s leuauit oculos cũ voluit oꝛare. Joh. xvij. Subleuatis ieſus oculis in celũ. dixit. Pr̃ clarifica filiũ tuũ ⁊c. nobis ĩ exemplũ q̄ qñ oꝛare volum⁹ debemus leuare oculos. pſ. cxxij. Sic oculi ſuoꝝ in manib⁹ dñoꝝ ſuoꝝ ita oculi nr̃i ⁊c. Et ſi nõ oculos exterioꝛes q̃ aliqñ ſunt deprimẽdi ꝓpter hũilitatẽ ⁊ ꝓpter verecũdiã culpe. vt fecit publicanuſ Luc. xviij. tñ oculos interioꝛes. ſ. intellectũ et affectũ leuare debem⁹ ꝑ intentionẽ ⁊ deſideriũ. nã vbi amoꝛ ibi ocul⁹. ⁊ celeſtia bona debemuſ amare ſuꝑ oĩa. ergo ibi debet eſſe ocul⁹ deſiderij leuat⁹ Mat. vi. Ubi eſt theſaur⁹ tu⁹: ibi ẽ ⁊ coꝛ tuũ. ⁊ plerũq̃ꝫ ocul⁹. Chriſ. Cũ oꝛas nemo ſit in coꝛde tuo niſi quẽ adoꝛas. ⁊ h̄ eſt qđ

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

docet dñs i euāgelio Mat.vi. Cū oraueris in
tra i cubiculū tuū ⁊ clauſo oſtio ora patrē tuū
i abſcōdito ⁊c. Caſſia. Intra cubiculū oram⁹
cū ſtrepitū cogitationū ⁊ ſolicitudinū remo/
uem⁹. de q̄ dicit Iſid. Tūc ſpaciter oram⁹ cū
aliūde nō cogitam⁹: ſꝫ oculos mentis ad celū
habem⁹. ✠ Tūc ſbdit. ⁊ ſeq̄bat eū multi
tudo magna. q̄dā vt mirabilia viderēt. vt cu/
rioſi. de q̄bꝫ Matth. xij. Mgr̄ volum⁹ a te ſi
gnū videre. ⁊ figurat illos q̄ p̄dicatōes audi/
unt vt aliq̄d noui ſciāt nō vt faciāt. Apl's ad
Ro. ij. Non auditores legis iuſti ſunt apud
deū. ſꝫ fac. le. iu. Jaco. i. Eſtote factores verbi
dei ⁊ ñ auditores tm̄. Luc. xi. Beati q̄ audiūt
⁊c. Sequit̄ in textu. q2 videbāt ſigna q̄ facie/
bat ſup his q̄ infirmabant̄. Chꝛi'. magis mo
uebant̄ ſignis q̄ꝫ doctrinis. Scd'i vt cibarent̄
de quibꝫ Joh. vi. Quer.tis me nō q2 vidiſtis ſi/
gna. ſꝫ q2 mādu aſtis ex panibꝫ ⁊ ſaturati eſtis.
⁊ fuerūt ocioſi. Et ſic aliq̄ intrāt religionē ⁊ ſer
uiunt deo p̄pter victū. ad Phil. iij. Quoꝝ de
us venter eſt. quibꝫ dicit̄ Matth. vi. Primū
querite regnū dei ⁊ iuſticiā ei⁹: ⁊ hec oīa adiJci
ent̄ vobis. Tercij vt ditarent̄. de illis Mat.
viij. Accedēs vn⁹ ſcribaꝝ dixit. mgr̄ ſequar te
quocūq̄ꝫ ieris. r̄ndit ei ieſus. Vulpes foueas
habēt ⁊c. ⁊ ſignificat auaros q̄ pl⁹ rogāt deū p̄
temporalibꝫ diuitijs q̄ꝫ pro eternis Mat. vi.
Nō poteſtis deo ſeruire ⁊ mām̄one Aug. Si
quis aliq̄d operat̄ vt terrenū cōmodū adipi/
ſcat̄. nō eſt coꝛ mundū q̄d in terra voluatur.
Quarti p̄pter infirmitates eoꝝ Luc. vi. Ois
turba querebat eū tangere. q2 virt⁹ de illo exi/
bat ⁊ ſanabat oēs. ⁊ ſunt illi q̄ deū inuocant
quādo infirmant̄: ⁊ in ſanitate obliuiſcuntur
Joh. v. Ecce ſan⁹ fact⁹ es iā noli peccare ne de
terius tibi aliquid cōtingat. Luc. xi. Fiūt no/
uiſſima peioꝛa p̄rioribꝫ. Quinti p̄pter doctri
nā ſanctā. vt diſcipuli Joh. vi. Ad quē ibim⁹
verba vite eterne habes. Legit̄ de naturis ani/
maliū. q̄ elephātes quādo egrotant colligūt
herbas ſalutiferas vt ſanent̄. ⁊ ſic nos dei do/
ctrinā ⁊ v̄ba. Sap. xvi. Etenī neq̄ꝫ herba ne/
q̄ꝫ malagma ſanauit eos. ſed tu⁹ dn̄e ſermo q̄
ſanat oīa. pſ. cvi. Miſit verbū ſuū ⁊ ſana
uit eos. Sene. Mella ſequunt̄ muſce p̄pter
dulcedinē. ⁊ ſic nos dei verba que ſunt dulcio
ra melle. pſ. cxviij. q̄ꝫ dulcia faucibꝫ meis elo/
quia ⁊c. Joh. vi. Domine ad quē ibim⁹ ⁊c. ſꝫ
heu aliqui non ſentiūt iſtā dulcedinē. q2 pri⁹
ſaturati ſunt auaricia ſup̄bia luxuria. ⁊ ſic de
alijs. Bern̄. Dulcia nō poſſunt eſſe verba dei
in faucibꝫ anime in quibꝫ eſt amaritudo neq̄
cie. corrupta iniquitatis febre. p̄uerbio. xxvij.
Anima ſaturata calcabit fauū. Tunc ſubdit.
vidit multitudinē magnā veniētē ad ſe. vidit
oculis miſericordie ⁊ pietatis. nā ei⁹ videre eſt
miſereri. Joh. xi. Veni ⁊ vide ⁊ lacrimat⁹ eſt
ieſus. ecce pietas. dicit ad philippū. vn̄ eme/
mus panes vt manducēt hi. ♈ Sꝫ dice
res. cur xp̄s de turba paſcēda nō interrogauit
iudā qui loculos portabat ſed Philippum.
Reſpondet̄ q̄ philipp⁹ oriund⁹ erat de illa pa
tria. ſ. de galilea. ⁊ ideo notus erat turbis. q2 d̄
bethzayda. p̄pter hoc de turbis paſcendis ma
gis erat ſolicit⁹. q2 habet̄ Mar. vi. ⁊ Luc. ix.
Veſpere facto acceſſerūt ad eū diſcipuli dicē/
tes. deſertus eſt loc⁹ hic ⁊ iam hora preterijt. di/
mitte illos vt euntes i p̄ximas villas ⁊ vicos
emāt ſibi cibos quos manducēt. Et credēdū
eſt q̄ philippus inter eos erat qui magis ſoli
citabat xp̄m. ideo xp̄s philippū requiſiuit di/
cens. vnde emem⁹ panes. Hic xp̄s oſ̄dit p̄ui
dentiā ⁊ curā quā habet ſuper omnē creaturā.
d̄ qua. i. Pe. v. Oēm ſolicitudinē veſtrā p̄ici
entes in eū ⁊c. Et oſ̄dit i h̄: q2 nō dixit p̄pter
ſe. q2 i textu dicit̄. h̄ dicebat temptās eū. Ipſe
enī ſciebat q̄d eſſet facturus: q2 ſuos nō erat reli
cturus ſicut ⁊ hodie facit. pſ. liij. Jacta cogi
tatū tuū in dn̄o ⁊ ipſe te enutriet. Nā triplex
eſt eſſe. ſ. nature gr̄e ⁊ glorie. ideo dat triplicē
cibū. ſ. naturalē. ſpūalem. ⁊ eternalē. naturalē
⁊ materialē ad ꝯſeruationē nature. pſ. cxxxv.
Qui dat eſcā oīm carni. Hanc petim⁹ Mat.
vi. Panē noſtꝝ q̄tidianū ⁊c. Secūdo dat ci
bū ſpūalem q̄ nutrit̄ ſpūs. ſ. verbū dei. Mat.
iiij. Nō in ſolo pane viuit ⁊c. Tercio cōſide/
rat̄ hō ſm vtrūq̄ꝫ. ſ. per vnionē corpis ⁊ anime
poſt reſurrectōez. ⁊ ſic dat cibū glorie. ſ. viſio/
nē humanitatis ⁊ deitatis fruitōez ieſu xp̄i. hic
cibus ꝯſeruat oēs electos in eſſe glie eterne
in celo. Vt h̄ aūt poſſet nobis p̄uidere etern⁹
pr̄ miſit filiū ſuū q̄ p̄poſuit ſeipm̄ nobis in ſa/
cramento altaris cibū ſalutis eterne. Joh. vi.
Ego ſum panis viu⁹ ⁊c. ⁊ q̄ mādūcat hūc pa
nē viuet in eternū. Nā in hoc ſacramēto tres
ſunt ſubſtantie vt corpus aīa ⁊ deitas. a corpe
habem⁹ corroborationē vite nature. ab anima
xp̄i in qua eſt plenitudo grāꝝ accepim⁹ oīa
neceſſaria ad vitā gr̄e. vt eſt fides ſpes ⁊ chari
tas. ⁊ ſeptē dona ſpūſſancti. Ideo de cibatōe
panū legit̄ ter euāgeliū in anno. ad denotādū
q̄ cibat nos triplici pane vt cibo naturali: ſpi/
rituali: ⁊ eternali. Ideo oēs debem⁹ fiduciā p̄
uidentie ponere i deū de tp̄ali ſuſtentatōe. d̄ q̄
Hiere. xvij. Bn̄dictus vir q̄ ꝯfidit in dn̄o. ⁊

erit dñs fiducia ei⁹ ⁊ erit quaſi lignū qḋ tranſ
plantaṫ ſuꝑ aquas qḋ ad humorē mittit radi
ces ſuas. ⁊ nō timebit cū venerit eſt⁹. ſicut eñ
ex aq̇s lignū humorē trahit. ⁊ ex humore fru/
ctū. ſic hō ex deo victū. Z Et iſtā fiduciā
prouidentie debem⁹ recipe ex trib᷒. Primo ex
paterna ꝯditione. ad patrē eñ pertinet proui
dere filijs ſuis. Luc. xi. Quis filius patrē pe
tit ꝑ piſce. nunquid ꝑ piſce ſerpentē dabit illi
aut ſi petierit ouū nunquid porriget illi ſcor/
pionem. Si ergo vos cū ſitis mali noſtis bo/
na data dare filijs veſtris. quāto magis pater
veſter de celo ⁊c̄. Matth. vi. Scit enī pater
veſter q꞉ his omnib᷒ indigetis. Ideo pſ. cij.
Quomodo miſereṫ pater filiorū ⁊c̄. Secūdo
iſtā fiduciā debem⁹ habere ex priori euentione
q꞉ prius factū eſt ꝙ cibauit Helyā per coruū
circa torrentem Carith. iij. Regū. xvij. Deſic
cato vero torrēte nō reliquit eū dominus. ſed
dixit helye: vade in ſareptam ſydonioꝝ. precepi
enī ibi mulieri vidue vt paſcat te. ⁊ factū eſt.
ydria farina nō defecit. nec lechitus oleo. Ter
cio debem⁹ recipere illā fiduciā ex liberalitatis
diſpenſatōne. q꞉ ita liberalis eſt dñs ꝙ nō ſo/
lum rationabilib᷒ ſꝫ etiā irrationabilib᷒ ꝓui/
det. Matth. vi. Reſpicite volatilia celi q̄m
nō ſerunt neqꝫ metunt neqꝫ ꝯgregant in hor/
rea ⁊c̄. Ideo pſ. cxliiij. Aꝑis tu manū tuā ⁊c̄.
⁊ alibi. i. Regū. ij. Dñs pauperē facit ⁊ ditat.
hūiliat ⁊ ſubleuat. ergo ponere debes in eum fi
duciā. ꝓuerb. iij. Habe fiduciā in dño ex toto
corde tuo ⁊ ne innitaris prudētie tue. dicit nāqꝫ
Aug. ad macedoniū. Maxima inſania eſt
hominē erumnoſam vitā ducentē mutabili
carni ⁊ ſpiritui cōfidere. vt aliqui faciunt qui
ex diffidentia loquuntur verbū chriſti. vnde
ememus panes vt hi manducent. ſcilicet filij
⁊ familia. ideo vt manducent emunt et ven/
dunt cū peccato ⁊ non cū iuſticia. per vſuras:
falſitates: mendacia. ⁊ ſic de alijs. dicentes. vn
de ememus panes vt hi manducent. Nota
aliqui acquirunt ⁊ requirunt eorum panem
per vſuram. ⁊ primi ſunt hi qui emūt frumē/
tum ante tempus meſſis dum eſt in agro pro
modico precio ꝙ nō dubitaṫ quin tempe meſ
ſis plus ſit valiturū eſt vſura. Si autē ꝓba/
biliter dubitaṫ vtrum plus vel minus poteſt
valere non eſt vſura. vt patet extra de vſuris.
c. in ciuitate. Secundi ſunt qui ꝓpter dilati/
onem tp̄is charius vendūt qꝫ valet vel valere
poſſit eſt vſura. vt patet extra de vſur. c. conſu/
luit. Tercij ſunt q̄ tempore meſſis vel poſt. vel
tempore vindemie non ꝓpter neceſſitatē ſed

cupiditatē annonā vel vinū comparāt vt po/
ſtea charius vendāt. ⁊ vn⁹ ex auaricia tantū
ꝯgregat vt alij omēs compellanṫ ab ipo eme/
re ad libitū ſuū. tales grauiter peccāt. ⁊ tale lu
crū recipiūt. vt habeṫ. xiiij. q. iiij. quicūqꝫ. Si
aūt ꝓpter cōmune bonū emeret vt ioſeph. vt
venderet populis tp̄e neceſſitatis h̄ eſſet meri
toriū. Si aūt emeret ad ſuā neceſſitatē ne po/
ſtea chari⁹ emeret. ⁊ ſi poſtea chari⁹ venderet
ſicut in foro vendiṫ qḋ nō indiget ſicut crede/
bat. hoc etiā eſt licitū dū non intendebat eme
re vltra neceſſitatē. Itē ſi aliquis emit ex pieta
te vt ex lucro venditōnis habeat vnde ſbueni
at pauperibus dūmodo hoc moderate faciat
ſic ꝙ ꝓpter cariſtiā cōmunitas nō ledaṫ. Itē
ſi aliquis ſcḋm iuſticiā cōmutationē faciat vt
mercatores poſſunt ꝑ labore ſuo recipe dū nō
intendūt cariſtiā inducere. maxime cū aliud
genus mercātie nō noſcūt. Si autē ex auari/
cia ⁊ cupiditate cariſtie emat tunc peccat con
tra iuſticiā ⁊ cōmunitatem. hec vuilhelmus
Nota vſurari⁹ eſt peior fure. ille recipit mobi
lia bona. vſurari⁹ vero hereditaria. Secūdo
peior eſt inferno. q꞉ infern⁹ reſtituit q̄ ſua nō
fuerunt. auar⁹ audita paſſione xp̄i poti⁹ vult
carere fructu paſſionis ⁊c̄. Tercio peior eſt iu
deo q̄ vſurā nō recipit ab altero iudeo. Quar
to peior eſt iuda q꞉ reportauit pecuniā. Quī
to peior eſt alijs peccatorib᷒: q꞉ aliq̄n ceſſant
vt in tp̄e feſtiuo ⁊ in loco ſacro. vſurari⁹ omni
tp̄e nō ceſſat. ideo deſtitut⁹ eſt grā dei ⁊ ſuffra/
gijs oīm ſanctoꝝ. A Ideo publici vſu/
rarij a iure plectunṫ q̄druplici pena. Primo
excōmunicatōe ſi moniti nō deſiſtāt. vt habe
tur extra de vſu. c. p̄terea. Secūdo ſacramētū
euchariſtie tā in vita qꝫ in morte eis denegaṫ
niſi reſtituāt. extra de vſu. c. q꞉ in oībus. Ter/
cio denegaṫ eis ſepultura. eodē ca. Quarto
oblatio ab eis nō recipiṫ. ibidem. Actuū. viij.
Pecunia tua tecū ſit in perditionē. Et ſicut
nō quieſcit ab vſura hic: ſic nec in futuro a pe
na. Exemplū de patre ⁊ duob᷒ filijs quorum
vn⁹ reliquit hereditatē ⁊ intrauit heremum
⁊c̄. Aug. Si tenes obolum teneris a diabolo.
Secundi furanṫ eoꝝ panē. ⁊ ſunt qui habent
falſa pondera ⁊ menſuras ⁊ vlnas ſeu non re
cte menſurant. ⁊ ſic furanṫ primo. qḋ ꝓhibet
apl's. i. Theſ. iiij. Videte ne quis ſupergredi
atur neqꝫ circūueniat in negocio fratrē ſuum.
Aug. Peccatū non dimittiṫ ⁊c̄. Luc. vi. Ea/
dem menſura ⁊c̄. Si iuſte recipies mercedē
iuſtoꝝ. ſi iniuſte mercedem impioꝝ. Sap. xi.
Per que quis peccat ⁊c̄. Si das paupi aut

diuiti malā cereuiſiā punieris. Math.xxv.
Qđ vni ex minimis meis fe.rc. Tercij acqui
rūt panē p predā. tales peiores ſunt furib9.q2
manifeſte peccare peius eſt ꝙ occulte. De quo
ſanct9 Tho.ij.ij.q.lxvi. Uiolentia eſt magis
contra voluntatē ꝙ ignorātia. Item ſecūdo per
rapinā nō ſolū infert damnū in reb9 ſed etiaȝ
in pſona. Ideo.xiiij.q.v. Penale ē occulte au
ferre. multo maioris pene eſt viſibiliter eripe/
re. eſt em̄ rapia quaſi homicidiū. Eccl.xxxiiij.
Qui aufert in ſudore panē quaſi qui occidit
proximū ſuū. raptor aufert vitā. homicida in
fert mortē. Iſa.xxxiij. Ue qui pdaris: nōne et
ipe pdaberis. ſcȝ leticia eterna. cū dicit Mat.
xxv. Ite maledicti rc. Eſuriui: vos rapuiſtis
Iſa.lxi. Ego domin9 diligens iudiciū ꝛ odio
habens rapinā. Grego. Si in inferno ſepul/
tus eſt diues qui ſua bona bene acquiſita pau
peribus nō dedit: qua pena mulctabitur q ali
ena abſtulit. Quarti panē per laborē fidelē ac/
quirunt. Geneſ.iij. In ſudore vultus tui ve/
ſceris pane tuo. nō alieno. Ps.lxxij. In labo/
re hominū nō ſunt. ꝛ cū hominib9 nō flagel/
labunt. Gloſa. ſed cū demonib9. Job.v. Ho/
mo naſcit ad laborē: ꝛ auis ad volatum. Ps.
cxxvij. Labores manuū tuarū man.rc. B

Sequit. hoc autē dicebat temptans eum.
Nota dicit Gloſa ſup ps.xxv. proba me de9
ꝛ tempta. Aliter temptat de9. aliter homo. ali
ter diabolus. temptat de9 ſalubriter. homo bo
nus vtiliter. ſed diabolus: caro. et homo mal9
hoſtiliter. De primo Gene.xxij. Temptauit
deus abraam. De ſecūdo hic. hoc autem dice/
bat temptans eū. De tercio Greg. Diabolus
continue temptat rc. Sed di.tn̄ habet Jaco.i.
Deus neminē temptat. Rñdetur. temptatio
eſt duplex. Prima eſt pbationis. ꝛ ita de9 tem/
ptat ſanctos. nō vt ipe de9 p hoc capiat notici
am: ſed vt ipi ſeipſos pbent vt ſibiipſis innote/
ſcant. Unde Aug9. ſup ps. Temptaris vt ex
erceaAris. pbaris vt q neſciebaris a temetipſo
inueniaris. ꝛ hanc temptationē pphcta peti/
uit in Ps.xxv. dicens. Proba me dñe ꝛ tem
pta me. ꝛ taliter abraam eſt temptat9. Deute.
xiij. Temptat vos dñs deus veſter vt palam
fiat vtrū diligatis eū an non. Alia eſt tempta
tio deceptionis. illa vnuſquiſqȝ temptat a con
cupiſcentia ſua. ꝛ hac tētatione de9 nemineȝ
temptat. hec autē temptatio deceptionis fit a
trib9. ſcȝ a carne. mūdo: ꝛ diabolo. Primo a car
ne. ad Gal.v. Caro concupiſcit aduerſus ſpiri/
tū. Grego. in moral. Nos gerimus laqueuȝ
noſtrū. Aug9. Inter oīa chriſtianoꝝ certa/
mina duriora ſunt caſtitatis plia. Scđo a di
abolo.i. Petri.v. Aduerſari9 veſter diabolus
rc. Tercio a mundo. Joh.xvi. In mūdo preſ
ſurā habebitis. Aug9. ſup Ps. Nemo in hac
pegrinatione pōt viuere ſine temptatiōe. In
nocen. Si temptatus eſt ſaluator: nō mirū ſi
peccator. Jaco.i. Beatus vir q ſuffert tempta
tionē. quoniā cū probatus fuerit accipiet co/
ronam vite.

De eadem dñica.
Sermo. CLXXVIII.

## Ude ememus

v panes vt manducent hi. Joh.vi.

C Nota emptio: venditio ꝛ
negociatio in ſe bona eſt ꝛ hoib9 neceſſaria. de
quo Guilhel. Ordinauit em̄ de9 vt nulla ter
ra ſibiipi in oīb9 ſufficiat. vt cuȝ alia terra ſi
bi ſubuenerit eā chariorē habeat. Subuētio
vero iſta mediante fit negociatione. ſed mali/
cia hominū adeo impleuit fraudib9 negocia/
tionē ꝙ multi ſunt negociatores hodie nō mi
nus mali raptorib9 vl' vſurarijs. Unđ hodie
adimpletū eſt illud Apocal'.xiij. de beſtia quā
vidit iohannes. ꝛ faciet inquit ne quis poſſet
emere vel vendere niſi q habeat caractereȝ aut
nomen beſtie. aut numerū nomis ei9. Spūa
liter. beſtia dicit a vaſtando. ꝛ eſt diabolus cu
ius caracter ſiue imago eſt falſitas ſiue fraus.
ipe em̄ fuit pmus mendax ꝛ pater ei9. Johā.
viij. Ipe eſt mēdax ꝛ pater ei9. Abſqȝ iſta ima
gine conſitent hodie multi mercatores ꝙ n̄ poſ/
ſunt vendere vl' emere. ꝛ tn̄ Apocal'. xiiij. legit
ꝙ qui acceperit caracterē beſtie in fronte ſua vl'
in manu ſua: hic bibet de vino ire dei: qđ mixtū
eſt mero in calice ire ipi9. ꝛ cruciabit igne ꝛ ſul
phure in conſpectu angeloꝝ ſanctoꝝ ꝛ an̄ cōſpe/
ctū agni. Ideo nota.xij. genera mercatoꝝ qui
damnant. Primi ſunt q cū mendacio emunt
vl' vendūt. Sap.i. Os qđ mentit occidit ani
mā. dicit em̄ Ray. q̄tiens cā decipiēdi ſcienter
qs mentit: peccat mortal'r: ꝛ tenet ad reſtituti/
onē. ps.v. Perdes oēs q loquunt mēdaciū.
Unđ Amb.xxij.q.v. cauete. Cauete frēs cha
riſſimi mendaciū. q2 oēs qui amāt mēdaci
um filij ſunt diaboli. nō ſolū in falſis vbis: ſed
etiā in ſimulatis opibus mendaciū eſt. Sed
heu nō ſunt contenti ꝙ falſum loquunt ſȝ etiaȝ
iuramēto affirmant mendaciū. contra q̄s dicit
ſaluator Matth.v. Ego dico vobis nō iura
re oīno. ſed ſi iurare optet iurabis in veritate ꝛ
in iudicio ꝛ iuſticia. vt dicit Hiere.iiij. Unđ

Viero. ad iuramentū requirunt tria. ſcʒ veri/
tas. iudiciū ⁊ iuſticia. Aug⁹. in li. ↄtra mēda/
ciū. Nō iurabis oīno. i. nō leuiter niſi magna
neceſſitate cōpulſus: ne hō incurrat piuriuʒ.
qđ ſic diffinit ſm mgr̄m in. iij. di. xxxix. Per/
iuriū eſt mendaciū iuramēto firmatū. Secū/
di ſunt q̄ in ſtatera ⁊ mēſura delinquūt. ⁊ h̄ fit
tripliciter. Primo qñ q̄s habet diuiſa ponde/
ra. ſic ꝙ emit ad mai⁹ ⁊ vendit ad min⁹. cōtra
q̄s dicit Deutero. xxv. Nō ſit i domo tua mo
dius maioꝛ ⁊ minoꝛ. Scđo qñ hn̄t mēſuram
iuſtā ⁊ pond⁹ iuſtū: ⁊ ſcīēter male menſurant.
vt caupones q̄ replēt mēſurā cū ſpuma: ⁊ etiā
q̄ digitū menſure imponūt. Silr pannicide
q̄ pollice vlnā detrahūt. ⁊ ſic đ alijs. Tercio fit
cū q̄s habet iuſtā librā ⁊ menſurā ⁊ dat eandē
ſed facit vt res ponderoſioꝛ ſit tp̄e vēditionis
vt q̄ lanā aſpergit aqua: vl' piper vl' crocū vl' ad
cellariū poꝛtant ⁊ voluūt de vno latere ad ali/
ud vt eo ponderoſioꝛ efficiat: ⁊ vinū cuʒ aqua
miſcent. D Hoc magnū eſt pctm̄. Pri/
mo ex h̄ ꝙ pctm̄ iſtud dei abominatio eſt. pꝛo/
uer. xi. Statera doloſa abomīatio eſt apud de/
um. Scđo ex h̄ ꝙ duplex dānū incurrūt: ſpū/
ale ⁊ tp̄ale. de tp̄ali habet Deutero. xxv. Non
habebis in ſacculo diuiſa pondera mai⁹ et mi/
nus. pondus habebis iuſtū ⁊ verʒ. ⁊ modi⁹ e/
qualis ⁊ ver⁹ erit tibi. vt multo viuas tp̄e ſup
terrā quā dñs de⁹ tuus dederit tibi. Et p op/
poſitū faciētes cito moꝛiūt. Michee. vi. Nū/
q̄d iuſtificabo ſtaterā impiā: ⁊ ſacelli ponde/
ra doloſa. Et ſubdit penā ei⁹ q̄ talia fac dicēs
Tu ſeminabis ⁊ nō metes. tu calcabis oliuā
⁊ nō vngeris oleo. Itē pena falſarioꝝ menſu/
re habet de emptiōe ⁊ venditiōe. c. vt menſure
Vt menſure ⁊ pondera iuſta fiant: q̄ h̄ muta/
uerit triginta diebꝫ in pane ⁊ aqua peniteat.
Item ſpūale dānū eſt qđ tangit Michee. vi
Adhuc ignis in domo impij theſauri iniq̄ta
tis. ⁊ mēſura minoꝛ ire plena. ⁊ q̄ntū menſure
ſubtrahit: tantū ira ⁊ offenſa dei acq̄ritur. iux/
ta illud Sap. xi. Per que q̄s peccat ⁊c. Vnđ
cū in ſtatera peccent: in ſtatera beati michaelis
punient. Tercij mercatores ſunt q̄ pp̄ter dila
tionē tp̄is res multo chari⁹ vendūt: ⁊ maioꝛi
precio q̄ʒ valet l' valere poſſet. v̄bi grā. Si q̄s
ſtatuit in coꝛde ſuo vēdere equū l' ſtamē pāni
p. xx. floꝛēis. ⁊ ſi ppt dilatōʒ dat p. xxi. floꝛēis
vſuram cōmiſit. extra de vſuris. c. ↄſuluit. niſi
dubiū ſit ꝙ tp̄e ſolutiōis deberet plus vel mi/
nus valere. Quarti ſunt q̄ aliud oñdūt et ali
ud vendūt: vt ſunt illi q̄ occultant maluʒ ſub
bono: ⁊ ſup ius ponūt illud qđ bonū eſt in con

ſpectu hoīm: ⁊ in medio illud qđ deteri⁹ eſt. et
dicūt ꝙ totū ſit ſicut ſupi⁹ apparet. vt ſic men
tiendo pximos decipiāt. Apl's. i. Theſ. iiij.
Videte ne q̄s ſupgrediat neq̄ʒ circūueniat in
negocio fratrē ſuū. Sicut legit exemplum in
dyalogo Ceſarij. Mulier quedā veniēs in q̄
drageſima ↄfiteri: flectens genua coꝛaʒ ſacer/
dote cepit narrare bona ſua opa cum phariſeo
dicēs ſe ſextis ferijs ieiunare. dñico die freq̄n/
tare eccl'ias: ⁊ elemoſynam dare. et ſic de alijs.
Cui ſacerdos. nunq̄d p iſtis vultis recipe pe
nitentiā. quare nō dicitis pc̄ta veſtra. Illa re
ſpondit. nihil mihi ↄſcia ſum. Cui ſacerdos.
cui⁹ eſtis officij. Rn̄dit mlier. ferrū vēdere ſo
leo. cui ſacerdos. Soletis ne minores pticu/
las maioꝛibꝫ ligaturis immiſcere. vt ſic totuʒ
vendatis. rn̄dit illa. ſoleo. Cui ſacerdos. ecce
criminale peccatum. q2 dolus ⁊ fraus. q̄ nulli
patrocinari debent. vt ptʒ extra de dolo ⁊ cōtu
macia. Secūdo interrogauit ſacerdos. ſolet̄
ne mentiri ⁊ mentiendo iurare: ⁊ alijs pl⁹ ven
dentibꝫ inuidere. rn̄dit illa. ī illis ſepe deliqui.
⁊ ſacerdos. illa oīa ſunt moꝛtalia. niſi peni/
tentiā egeritis ⁊c. vnđ pellifices maculāt cum
creta ne videant cōmiſſure. i. ↄiuncture parti
um. Quinti ſunt mercatores q̄ vili⁹ ſolent e/
mere q̄ʒ valeat. vt cū viderint aliquē in neceſ/
ſitate: ⁊ opoꝛtet eū cū dāno bona ſua vendere:
⁊ multo ſmin⁹ dant p re aliqua q̄ʒ valet. tales
tenent ad recōpenſandū dānuʒ pximo. h̄ iſti
nō aduertūt qui q̄nq̄ʒ ſi poſſent libenter eme/
rent p vno floꝛeno qđ valet duos. et de h̄ ſibi
nullā ↄſcientiā volūt foꝛmare. heu nō ↄtenti
in iſto: ſed vilipendūt rem quā ſciūt bene vale
re. de quibꝫ Prouer. xx. Malū eſt: maluʒ eſt
dicit oīs emptoꝛ. ⁊ cū receſſerit tūc gloꝛiabi
tur. ſicut carnifices faciūt dū pecoꝛa emere vo
lunt. vbi p̄mo vnus venit. deinde ſecūdus. et
vn⁹ ſemp min⁹ exhibet q̄ʒ alter. ⁊ nullus eme/
re audet chari⁹ q̄ʒ p̄m⁹ exhibuit. Sexti ſunt
qui defectuoſaʒ rem vendūt p bona. E
Sed diceres. vtrū venditoꝛ tenet dicere vici
um rei. Rn̄det ſanct⁹ Tho. ij. ij. q. lxxvij. Si
vicia ſunt occulta ⁊ venditoꝛ non detegit illa.
doloſa erit illa venditio. Si vero viciū rei ſit
manifeſtū. vt ſi equus eſſet monoculus. ⁊ ven
ditoꝛ pp̄ter h̄ ſubtrahit de p̄cio q̄ntū opoꝛtet
nō tenet ad manifeſtandū vicium. Septimi
ſunt q̄ p prompta pecunia emūt. ⁊ in ↄtinen/
ti illud alteri vendūt ecōuerſo. ⁊ pp̄ter dilati
onē dant chari⁹ q̄ʒ valere pōt. ⁊ nullū laboꝛeʒ
vl' aliqđ dubiū vl' aliquas facit expenſas. rem
ſuā rehabeāt q̄ emūt vinū vl' bladū dū creſcit.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

Sed q̄ri. vtrū negociatores poſſint licite lucꝝ
recipe ⁊ chari⁹ vendere q̄z eſt emptū. Reſpon
det Guil. cū laborant ꝓ oib⁹ ⁊ q̄ſi cōmūe ne/
gociū in mercib⁹ gerūt: poſſunt moderatū lu/
crū recipe. vt p̄z extra d̄ emp. ⁊ ven. c. placuit.
⁊ notāter ſi rē meliorauit: aut ec̄ ſi p̄ciū rei mu
tatū eſt ſm diuerſitatē loci vel t̄pis. vel ꝓpter
periculū cui ſe expoſuit tranſferendo. vt eſt de
loco ad locū p̄ōt charius vendere. du3 h̄ mo
derate fiat. Octaui mercatores q̄ tenebroſa lo
ca querūt ⁊ lucē diei vl̄ ſolis obtenebrant. et h̄
ideo faciūt vt res aliter appareat q̄z ſit. ſic pan
nicide faciūt. ⁊ ideo in h̄ oñdūt ſe eſſe filios te/
nebrarū. vñ dñs merito dicet eis illud Mat.
xxij. Mittite eos in tenebras exteriores. q̄ꝛ di
lexerūt tenebras. iō habebūt tenebras. ⁊ i hoc
oſtēdunt ſe velle male agere. vt habet̄ Joh. iij.
Omis q̄ male agit odit lucē. ⁊ nō venit ad lu
cem vt nō arguant̄ op̄a eius. Qui autē facit
veritatē venit ad lucē vt manifeſtent̄ op̄a ei⁹.
q̄ꝛ in deo facta ſunt. Et tales mercatores qui
cauſa decipiendi hoc faciūt: q̄ntū in eis ē ocu/
los chriſti conant̄ velare in hoc q̄ malū ꝓ bo/
no nitunt̄ vendere. dare. mutare. vl̄ mutuare.
Noni ſunt q̄ cū mechanicis dando promptā
pecuniā negociant̄. vt ſibi ſup terminū aſſi/
gnatū tot paria preparent: vl̄ tot res. ⁊ ſciūt q̄
tempe illo mechanico multo plus ſoluerent.
et ſic nimis grauant pauperes mechanicos
q̄ vix ex grauib⁹ laborib⁹ nutrimētū h̄re p̄nt
Decimi ſunt q̄ illas res vendūt que ad nullū
vſum ſunt vtiles niſi ad peccandū. vt qui ven
dūt falſos taſſeres. ſagittas intoxicatas ⁊ vene
nū. Item mercatores q̄ inter ſe ꝯueniūt vt cer
to precio vendant. de talib⁹ dico q̄ pactū pre/
cij eſt illicitū. Undecimi ſunt q̄ dieb⁹ feſtiuis
mercimonia exercent. vt p̄z extra de ferijs. ca.
omes. Omes dies dñicos obſeruare precipi
mus vt mercatū in eis minime fiat. F

Sed q̄ri. an tales peccāt mortaliter. Reſpōd3
Guil. Si aliq̄s hoc facit ꝓ ſua neceſſitate. et
ante audiuit diuīa nō credo q̄ peccet mortali
ter. ſecus q̄ ex ꝯſuetudine vel lucrandi cupidi
tate: ⁊ maxime ſi ſe ſubtrahit a diuis. Et ſi tūc
emit victualia vel neceſſaria ad vic̄. nō credo
illicitū. Hoc nō curant inſtitores q̄ in dieb⁹
dedicationū totū officiū negligūt. ⁊ non audi
unt miſſam vl̄ ſermonē. in hoc grauiter delin/
quūt: imo ꝓhibet̄ eis om̄is cōmunio in feſto
paſce niſi penituerint. Duodecimi ſunt qui e/
munt rapinā vel furtū. Pro q̄ ſciendū q̄ qui
ſcit vel ꝓbabiliter credit rem eſſe furatā ⁊ emit
peccat grauiter q̄nq̄z modis. Primo q̄ꝛ ſemꝑ
tenet̄ rem reddere ſiue ignorāter ſiue violēter
auferat̄. etiā ſi ante decē annos emiſſet animal
⁊ eodē die ſibi mortuū fuiſſet. adhuc tenet̄ re/
ſtituere ſi vult veraciter penitere. niſi i vno ca/
ſu ſi obtuliſſet rem dño ⁊ noluiſſet. Scd̄o q̄ꝛ
tenet̄ reddere om̄es fruct⁹ ꝑceptos. ⁊ qui me/
dio tempe percipi potuerāt. Tercio q̄ꝛ reſtitu
enda eſt res ſm ei⁹ ſtatū. vt ſi res t̄pe venditio
nis eſſet vel fuiſſet melior. Quarto q̄ꝛ nō p̄ōt
repetere ab illo preciū q̄d̄ dedit cuius res eſt.
nec etiā poteſt agere ꝯtra venditorē de p̄cio ſo
luto. obſtat eñ ſibi ſua turpitudo. Quīto q̄ꝛ
expenſas etiā ꝑdit voluntarias. Si aūt emat
fide bona. ⁊ ſic bona fides quattuor ſibi cōfert
Primo nō tenet̄ rem reſtituere durante bona
ꝯſcientia. ſed ſi poſtea ſciuerit rem eſſe furatā:
tenet̄ reſtituere. Scd̄o p̄ōt rem alienare ⁊ ven
dere ſtante bona cōſcientia. S3 ſi aliq̄d lucrū
ex venditione hui⁹ ꝯſequit̄: illud debet dño re
ſtituere venienti. Tercio nō tenet̄ reſtituere ſi
perierit durante bona ꝯſcientia. Quarto poſt
reſtitutionē rei p̄ōt agere ꝯtra venditorē de p̄/
cio ⁊ venditor tenet̄ reſtituere p̄ciū. Leo papa
Difficile eſt inter ementis ⁊ vendentis cōmer
ciū nō interuenire peccatū. Ideo ꝓhibet̄ cleri/
cis. lxxxviij. di. Cōſequēs ē Eccl. xxvi. Diffici
le exuitur negocians a negligētia. Jō. lxxxviij
diſt. c. ejciens dicit̄. Quēadmodū eñ ſi triti/
cum aut aliud tale cernas in cribro. dū huc et
illuc iactatur om̄ia grana deorſum cadunt. et
tandē in cribro nil remanet niſi ſtercus. ſic de
ſubſtantia negociatorum nouiſſime nil rema
net niſi ſolū peccatū. A quo nos liberet domi
nus noſter ieſus chriſtus q̄ ſine fine viuit ⁊ re
gnat. faciatq̄z nos veros et iuſtos negociato/
res regni celorū. ſimiles homini negociatori
querenti bonas margaritas. Inuenta autem
vna precioſa margarita: abijt ⁊ vendidit om/
nia que habuit ⁊ emit eam.

Opus perutile ſermonū dominicaliū toti
us anni Theſaurus nouus nuncupatū: im/
preſſum argentine per Martinum flach An
no domini. Mcccclxxxix. Finit feliciter.